



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus Practicus De Casibus Summo Pontifici, Episcopis, Et Praelatis Religionum Reservatis

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

5. De enormi Parentum percussione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42214**

IV. Abortus seu sterilitatis procuratio.

*De Abortu infra. 3 p. c. 4.* procuratio fiat siue per modicas potiones, siue maleficium, modo scienter ad conceptum impediendum aliquid fumatur, & præbeatur, (qui dat aliquid mulieri, vt nequeat concipere, Homicidium (improprie) patrare dicitur *Cap. 50. de Homicidio voluntario. lib. 5. Decret. lib. 12.*) vt sic tam adplicans quam usurpans Casum reseruatum incidat. Hoc solum nota, si abortus contingat in foetu animato, esse tunc homicidium verum, & reseruari, siue maneat occultus, siue veniat in propolationem populi.

V. Enormis parentum percussio, de honore parentibus (à quibus principium Vitæ deducimus, & quasi vna caro, & sanguis cum illis sumus) per amorem, reuerentiam internam & externam,

K obe

obedientiam, subuentionē, exhibendo, *vide Corneli in Deut. c. 5. v. 16*  
*& s. Th. Opus. 7. ubi docet, Post Deū*  
 beri statim coli Parentes, ob similitudinem, quā habent cum Deo. Ea propter in legem & diuinam & naturalem filius grauiter delinquit, si parentes extra euidentem necessitatem propriæ defensionis malitiosè percutit, in qua cuique de naturæ iure licet in quocunque vim vi repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ. *Vide Summam Rod. Tom. 1. c. 14. & Catech. Rom. p. 3. de præcepto 4.*

VI. Machinatio in mortē coniugis si mors sequatur.

Etsi marito in vxorem permittatur moderata verberatio & castigatio, præsertim & potissimum ob prauos, & impudicos mores, cum maritos conjugalis fidei amantes nihil perinde exasperet, quàm violari sui thori, vel veritas,  
 vel